



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.III. Dergleichen Extract aus dem Kayserlichen Project.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-52129)

1647. §. Nec merum Imperium &c. Ist bereits in Articulo de compositione
April. Gravaminum versehen. 1647. April.

§. Ad indagandum medium &c. Hat seine Decisiones ex Authoribus ju-
ris communis, und ist das Jus impertiendi Rescripta Moratoria quoad Sta-
tus, Niemand anders als dem Römischen Kayser vorbehalten.

§. Tandem &c. Gehört auf einen Reichs-Tag und nicht hieher, ist auch de-
rentwegen mit denen Kronen kein Krieg angefangen worden.

Dem allem nach mag es billig beym Aufsatz der Kayserlichen gelassen werden.

N. III.

Dicit. Osnabrug, d. 20. Apr. 1647.
sub Direct. Magdeb.

Extract aus dem Kayserlichen Instrumento, die Jura Statuum
betreffend.

Omnis item Principes, Status & Ordines Imperii stabiliantur in anti-
quis suis Juribus, Prærogativis, Libertatibus, Privilegiis, absque quod in
iis imposterum sub quoquaque prætextu turbari possint, & consequenter
fine difficultate gaudeant Jure Suffragii competente in omnibus deliberatio-
nibus super negotiis Imperii, præsertim ubi de concludenda Pace, denun-
ciando Bello, de solvendis Contributionibus, Delectibus & hospitationibus
militum, imponendis Præsidis, exstruendis novis Fortificationibus in locis
intra ditionem sive statum dictorum Principum & Ordinum sitis, con-
cludendis Fœderibus, ferendis novis Legibus, aut interpretandis antiquis,
aut aliis negotiis ejusdem naturæ agetur: quæ imposterum aliter tractari
& decidi non poterunt, quam in Comitiis Generalibus Statuum consensu,
salvis tamen iis, quæ ad Imperatorem solum, vel ad Collegium Electorale
duntaxat pertinent, & salvis eorundem juribus & præminentiis, omnia
que intelligendo juxta morem ab antiquo in Imperio receptrum Bullam
que Auream, Capitulationem Cælaream, & Constitutiones Imperii.

De cetero dicti Principes & Status Imperii generatim & speciatim
manutenebuntur in omnibus aliis Juribus Superioritatis ipsis competenti-
bus, & speciatim in Jure faciendi Fœdera, tam inter se quam cum vicinis
Principibus, pro Conservatione & Securitate sua, modo tamen ea Fœdera
non sint contra Imperatorem & Imperium, & Pacem ejusdem Publicam
hantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio
obstrictus est, atque de his in publicis Imperii Comitiis coram Cælare &
Statibus actum cognitumque sit.

Et ad hunc effectum decimo conventum est, quod omnes laudabiles
Consuetudines, Sacri Romani Imperii Constitutiones & Leges Fundamen-
tales & speciatim contenta Bullæ Aureæ, citra contraventionem per quem-
cunque sub quoquaque prætextu faciendam, & ante omnia in eo, quod
Electio Imperatorum seu Regum Romanorum spectat, religiose ob-
servabuntur, in eoque formæ per diëtam Bullam Auream & alias Con-
stitutiones, Declarationes & Capitulationes in hac materia præscriptæ invio-
labiliter custodientur.

§. IV.